MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV: 1.7. 1.9.)

Melk, um 1470 Seite 27r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

benigne erga nos egi. Quo de ora
torio reportato: singillatim quique
cum gemitibus et suspiriis ad eum con
fluebant. Ad quos dignum memo
ria verbum dicebat. Iusti hominis
obitus non est mors dicenda, sed potius
mutatio. quia mutatur de mortali
tate ad immortalitatem. de terrenis ad
celestia. Postera die eo in domum in
firmorum deportato: et conventu fra
trum illic congregato. infra meridi
em cunctis miserabiliter flentibus ac
lugentibus iiii nonarum iulii beato fi
ne perfunctus. animam felicibus
meritis plenam deo reddidit. atque
de egypto huius mundi ereptus. tri
uiuenciū penetravit habitatur adyta.
Convenientibus ergo duobus episcopis et
quinque abbatibus, clericis etiam non paucis
cum multitudine utriusque sexus. post
exequias per quinque dies studiosissime
celebratas. in medio ecclesie apostolorum
quam ipse edidit debita veneratione
sepultus est. Non longe autem post
obitum eius quasi post noctem tristicie
que cunctos oppresserat. illuxit nobis
dies consolatorie exultacionis. de
adventu domni Gebehardi tunc temporis
postmodum defuncti patris in regen
do monasterio successoris: appor
tantis reliquias sancti petri apostoli. scili
cet quosdam eius capillos. a revere
tissimo hugone abbate cluniacen
si transmissos. pro quibus eum pater Wille
helmus ante obitum suum direxerat.
Hos capillos super omne aurum et la
pidem preciosum multum hirsau
gienses intimo affectu amplecti
debent et venerari. pro eo quod vere capil
los principis apostolorum petri esse didicimus.

Nam antiquo tempore antequam corpora
apostolorum petri et pauli ab invicem tunc
separata in locis tutissimis ubi nunc
simul sunt condita ponerentur: erat cu
stos romane ecclesie vir religiosus no
mine otto. qui renuncians seculo
cluniacense cenobium. in quo postea
factus est abbas petiit: et inter alias
reliquias sanctorum non nullos sancti petri apostoli
capillos secum attulit. Ex quibus hos
sumptos esse quos nobis transmisit:
certissima astipulatione testatus est.
cum grandevis senioribus predictus abbas
cluniacensis ardentissimus amator
nostre congregationis. pro eo quod ab eo mo
nasterii construendi et regulariter vi
vendi ordinem suscepimus. Hoc
ideo necessarium duximus hic annota
re. ne quis super eisdem capillis possit
aliquo dubitationis scrupulo per
moveri. quin verum sit quod a tantis et
talibus constat testibus confirmari.
Predictas vero reliquias qui attu
lerunt antequam hirsaugiam pervenirent
cuidam religioso presbytero in vicina
villa commoranti. provido usi consilio
commendaverunt servandas. usque ad
festum quod dicitur nte. sancti petri ad
vincula. Ipsa vero que die collectis
abbatibus et aliis religiosis viris
memorate reliquie in monasterio
hirsaugiensi suscepte sunt cum magno
monachorum plebisque tripudio: ac primo
super sepulchrum beati patris Willehel
mi deposite. ipsi cui specialiter transmis
se fuerant. hoc modo pio filiorum af
fectu quasi presentabantur. Denique iter
iocunda divine laudis preconia sup
plici veneratione ab omnibus qui ad
erant deosculate: in scriniolo arge